Quelle: http://manuscripta.at/?ID=459
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

concupiscentie est. Causa culpe radix est. Culpa ipsa
arbor. actus culpe fructus. In eo itaque quod semi
natur corruptio mortalitatis est. In eo autem quod na
scitur vitium concupiscentia est. In eo autem quod movetur per con
cupiscentiam actus qui a motu voluptatis inchoatur
motu operis perficitur. Non itaque nascentes propterea
sine vitio esse estimentur quia non concupiscunt. quoniam ra
dicitus vitium concupiscentie in ipsis est. per quod postea cum o
perantur concupiscunt. Quomodo ignorantia vitium sit.

xxxii IGNORANTIA autem non propterea vitium in eis est quia cum
nascuntur veritatem non cognoscunt quando non debent. sed
quia tunc cum nascuntur vitium in eis est quo postea impedi
untur ne veritatem agnoscant quando debent. Nasci
quippe sine cognitione natura est non culpa. Sed in eo
vitio nasci quo postea a cognitione veritatis impediatur
et culpa non natura. Hoc autem vitium in corruptione
carnis est. et in corruptione sensus carnalis. Qui
sensus si integritatem suam haberet profectus et exercitatus
indicium veritatis per ea que foris videntur admoni
tus sine labore conciperet. Nunc vero ex carne corrupta
integritate sua privatus est. puram sine confusione erro
ris veritatem haurire non potest. Quod angeli facti sunt
ut ab intus erudirentur. homines a foris.

xxxiii ANGELI quippe quia perfecti facti sunt. ab intus erudi
ti sunt. Homines autem excepto duntaxat primo illo qui sicut
suo modo perfectus factus est. ita et ipse quoque ab intus eruditus est. quia
per intervalla temporum ad cognitionem promoveri debue
runt. per species rerum temporalium et visibilium foris ad co

gnitionem veritatis excitandi et erudiendi
fuerunt. Que autem excitatio et eruditio naturaliter et sine
labore homini adesset. si sensus hominis in carne mor
tali per peccatum corruptus non fuisset. Sed tunc plenum
ac perfectum constaret quod ait apostolus. Invisibilia
eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspi
ciuntur. Unde concupiscentia nascitur et unde ignorantia.

IN carne ergo mortali ex sensualitate cor xxxiiii
rupta nascitur vitium concupiscentie. ex sensu
corrupto vitium ignorantie. Ibi quia appetitus
querende necessitatis ultra mensuram se extendit. Hic autem
quia instrumentum concipiende veritatis ab integritatis
vigore deficit. Hoc autem difficultatem questioni maxi
mam adducit. quod originale peccatum non nisi in solo car
nalis corruptionis vitio assignare videmur.
quod tamen usque ad participationem anime rationalis ex
tendi necesse confitemur. Quomodo anima peccati ori

QUOMODO autem ginalis particeps fiat. xxxv
anima que munda ac sine vitio creatur parti
ceps fiat illius vitii quod per solam carnem adducitur.
dignum inquisitione esset. si aliquid hic diligentia in
vestigari potuisset. Hec autem quia scientie humane
expositum non est ad cognitionem. fide a nobis creden
dum est non curiositate inquirendum. Nam si diximus
animam quando corpori commiscetur voluntate quadam ad
delectationem culpe inclinari. iam non ex origi
nali tantum. sed actuali quoque peccato obnoxiam esse de
monstravimus. si vero necessitate aliqua ad consortium corporis